

August Varenius

**Augustus Varenius, D. Colleg. Theol. Senior ... ad Exequias quas ... Viro Dn.  
Johanni Willebrando, Senatori & Camerario Reip. Rostoch. Seniori ac Primario  
Moestissima Vidua ad diem XIII Augusti ... celebrari exoptat Omnes Acad. Cives  
solemniter invitat**

Rostochii: Keilenbergius, [1678]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777132206>

Druck    Freier  Zugang



# AUGUSTVS VARENIVS, D.

85.

Colleg. Theolog. Senior, Consist. Ducum Mekleb, As-  
sessor, Academæ Rostochiensish. t. RECTOR  
ad Exeqvias

qvas

Amplissimo, Prudentissimo, doctrinâ, longoq; rerum  
usu pollutissimo VIRO

# DN. JOHANNI WILLEBRANDO,

Senatori & Camerario Reip. Rostoch. Seniori  
ac Primario

Moestissima Vidua



XII AUGUSTI hor. 1. in templo Mariano adornat  
nostri quoq; Academicorum ordinis frequentiâ  
celebrari exoptat

Omnes Acad. Cives solemniter invitât.

Jethro ad Mosen Exod. XIII, 21.

Provideto ex toto hoc populo eligi Viros strenuos, timentes Dei, Viros  
veraces, osores turpis lucri, quos constituas super populum.

Jes. I, 26.

Restituam Judices tuos sicut primum, & Consiliarios tuos, sicut in  
principio. Tunc vocaberis civitas justa, urbs fidelis.

ROSTOCHII,

Prelo FRIDERICI KEILENBERGII, Acad. Typographi.

LB FP Willebrand, Johann 1678

2.

**A**mplissimum SENATUS & SENATORUM nomine est, usq;  
adeò ut non saltem qvi in Politia & curia Civitatis delibe-  
rant, nec saltem qvi in aulis, Principum nomine, in diri-  
mundis sive causarum sive consiliorum ambiguis pronunciant:  
sed & qvi in ipso sive Imperii sive regni confessu, Consilia status  
participant, Regni vel Imperii Senatus vel Senatorum nomine  
veniant. Ut de supremis illis, & vel ipso Germanici imperii Se-  
natū, confessuq; verè Regio nihil nunc dicamus: sed de inferio-  
ribus illis, præcipue qvi in omni benè constitutâ Republ. ut pu-  
blico patriæ bono statuive consulant, & controversias civium  
definiunt, ex indigenis, ut plurimum, in Magistratus judi-  
cūmq; Confessum legitimā honestissimaq; suffragatione adsci-  
scuntur, vel evehuntur, signa dotesq; prout in aulā consiliariorū:  
ita in curiā Senatorum prolixēl.7. Politorum descriptis Adamo  
Conzen Jesuita, Theologus & in Acad. Moguntinā Professor, re-  
qvirens in Senatorē 1. etatem stabilem, aut negotiis exercitam Sene-  
tūtēm 2. Silentium Secretorumve fidem. 3. Moderationem, ne opinio-  
nis sua sit tenax, & adversus meliora svadentes pervicax. 4. evita-  
tionem consortij cum Relp. hostibus vel emulis. 5. animi libertatem.  
6. notitiam sui status, & metum mali consiliij eventus, damnoſi Consul-  
toribus. 7. Consiliij oportunitatem, ne quis sit post facta Prometheus.  
8. diligens rerum politicarum studium, historiae & exemplorum magnā  
cum iudicio cognitionem. 9. consiliū nec præceps nec festinatū, ne, niſi  
ubi in morā periculum, celeritatatem adhibeat. 10. maturam affe-  
ctionem positionem, ne quid ex odio studiove corrupte agat. 11. Sin-  
ceritatem, ut nonuisi vera ac salutaria promat. 12. Famam hone-  
stāve existimationem, ne quis Senator vel Consiliarius sit malae  
famæ. 13. Fortitudinem, non saltem inter pares: sed & superiores  
Justitiæ infensos 14. modestiam in corrigendā propriā sententiā, ita li-  
orum observaverit vota salubriora vel meliora. 15. Presentiam,  
ut præsens & freqvens in curiā sit, nec in causis odiosis diverticu-  
la qværat. 16. tempestivam sapientiam, & ne extra Senatum de  
Rep. in circulis disputet, neve in Senatu sententiam suo ordine,

bres

breviter & perspicuè dicere & alios modestè refellere non ausit.  
17. peritiam & juris & Reipubl. 18. auream mediocritatem inter abruptam contumaciam ac deformē obseqvium. 19. vocationem & ne ambitu. 20. experientiam. 21. pietatem. 22. odium novitatum & mutationum, nec minus. 23. assentationum & adulatorum. 24. Maje-rem cautionem, qvām audaciam. 25. prothymiam in juvando, non consilio modò: sed & re. De numeris illis, annon alicubi præter necessitatē multiplicati, & minus recte ordinati, ut nihil nunc cōmentemur, qvantò magis ore rotundo, nec sine instinctu divino, brevioribus longè numeris, qvicqvid in longioribus illis dabatur genuini characteris boni Senatoris, vel Judicis, apud Generum Mosen, Socer Jethro pronunciavit, monitor, ut ipse, velut Synedrii Præses & Supremus Magistratus, curet ex populo eligi, & Senatores collocari I. אָנְשֵׁי רְחוּלָה & qvod cum Chaldaeus expresserit pari termino גְּבָרִים רְחוּלָה, & qvidnam eo nomine veniat, Hebræi disputerunt, aliis in dīvitias abeuntibus, aliis in robur animi magnorum laborū capacis: & illis adeo explicantibus per עֲשִׂירִים שָׁאִים צְרוּכִין לְחַדְנִיפּוֹלְהַכְּרִים פְּנִים i. e. divites, qui opus hanc habeant præegestate hypocritas agere & personas aspicere, qvomodo & Græcos & Vulgatum, qui expresserunt per ἀρδεας διβατονος s. Viros potentes intellexit Grotius opulentos, qui & dignitatem tueri melius possint, & longius absint ab in honesta qvæstus suspitione, his autem, & rectius (qvandoqvidem illud 2. 3 & 4. prohibetur charactere) per: שִׁירֵשְׁ רְהָם כְּחַ לְסֶכְלַ הַטְּרָח וְלְאִוְפְּחָדוֹ מִתְּמָם s. Viros qvibus robur inest, sic ut magnis arduisq; negotijs expediundis pares sint, nec ad molem a-gendorum formident, qvod & intellectum Iun. & Tremell. per Viros Strenuos, prout Luthero ad famam integerrimā & sincerā juris tractationē respectus, reddenti: Sehe dich umb nach redlichen Leuten! Omnia illa qvæ supra numero 1. 2. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 12. 13. 15. 16. 17. 20. in signis boni Senatoris continebantur, unā hāc voce חָזֵל variā subordinatione à Jethrone designātur, sic ut hoc primo charactere Viri designētur cordati, robore animi, qvin & sufficienti corporis, prudentiā in primis, solertiā, experienciā, fide, constantiā, in dicen-

dicendo jure, & promovēdo bono regimine conspicui, laboriosi,  
ad præclarā consilia danda exercitati, & illis exeqvendis validi,  
qva omnia ex naturali adeo significatu, ejusq; in sacrī usū pro-  
fluunt. Requisivit Socer Mosis II. Senatores, & Judices יְהוָה אֱלֹהִים f. Dei (velut cuius est Judicium, qviq; præsens est in Judicio, &  
inter Magistratus, velut Deos terrestres, judicat, conf. Ps. LXXXII, 1.  
nō fucato: sed serio veroq; & religioso pavore) timentes, dicit Gott  
fürchten/cumq; timor ille Dei sit caput Scientia (Prov. I, 7.) proinde  
& sapientes חֲכָמִים וּנְבָנוּם f. intelligentes Deut. I, 15. Pulchre veteres  
Hebræi explicant רַק מַה שֶׁ לְכָדוֹ שָׂרֵן, i.e.  
qvibus non pavor inest ab homine: sed à solo Deo. Consonat pulchre  
Moses in Instructione collocatorum à se Judicum: Ne metuitote,  
inquit, à quoq; nam judicium ipsum Dei est. Deut. I, 17. Et bello-  
rum gloriā magnus, sed pietate major, Jhosaphat, edicens Judi-  
cibus: Videte, quid sitis facturi. Non enim homini judicium exer-  
ceritis: sed DOMINO, qui vobiscum est in judicio. Qvare INSIT PA-  
VOR JEHOVÆ VOBIS. 2. Chron. XIX, 6.7. Atq; ad hunc chara-  
cterē Jethronis secundum, reducuntur illa qvæ in superioribus  
præter 21. in ceteris qvoq; 18. 19. 24. 25. numeris à Conzenio  
signa dotesq; exprimebantur. Requirit tertio Jethro, Judices &  
Senatores נְנַשִּׁי אָמָת vel prout Chald. i.e. Viros veri-  
tatis, i.e. veraces f. veritatis rationem habentes, & quarto  
i.e. Osores Lucri, Chald. reddit: דְּסָנֵן לְקַבְּלָא מַמְּן: i.e. qvib; res exo-  
fa est, accipere Mamom i.e. aurum, argentum, vel qvascumq; o-  
pes. Lutherus: Warhaftige/ die dem Geize feind sind. Notantur  
utroq; hoc charactere Viri veritatis & boni consilii tenaces, qui  
non sive studio vel odio, non inimicā consiliis cupiditate vindici-  
ta, non invidia vel livore, non ceteris affectibus ducuntur, non  
æqvocatione & reservamentis mentalibus, non simulatione &  
dissimulatione, non, cui foedum crimen servitutis inest, assenta-  
tione, non turpi lucro & rubiginosi aurā marsupii abripiuntur:  
sed sincere, qvod justum pronunciando, qvod salutare svadendo,  
publico consulunt, parati (qvod de se pronunciat Aristoteles)  
propter

peopter veritatem vel ~~τὰ οὐνα ἀναιρεῖ~~ s. propriā sententiā retractare,  
cum mutatio consilii, nulli, ne seini quidē sit indecora, & dicti sive  
incommodi, sive falsi, sive malī, pœnitere, utiq; cordatorum sit. In-  
terpres horum characterum alibi Moses, tali Judicem fulmine atto-  
nuit: *Nec judicium pauperis pervertito, nec illum in lite sua honorato!*  
*Averbo mendacij procul abesto! Peregrinū ne opprimito!* Et mung ne ac-  
cipito, quippe quod excoecat oculatos & pervertit verba justorum. Exod.  
XXIII, 3.6.8.9. & alibi: *Ne suscipitote personā in iudicio: eque magnum*  
*ac parvum anditote!* Deut. I, 17. Nec minus potenti tonitru illos at-  
tonat Josaphat: *Pavor Domini insit Vobis. Observate & facite!* Nam  
non est apud Dominū Deum nostrū iniqvitatis, aut acceptio personarū, aut  
sumtio munerū 2. Chron. XIX, 7. qva ratione in hos duos charac-  
teres resolvuntur, qvæ supra in numeris Conzen. 10.11.14.22.23. expri-  
mebātur. Atq; prout Deo est, qvi tales Consiliarios & Senatores aulæ  
curiæve concedit, Deus qvi iratus, eosdē tollit Jes. III, 1.2. qvibus sub-  
latis fit, qvod in loco inscripto Jeschaia præmittit sc. *Urbs olim fidelis*  
*fit meretrix, plenissima olimjure, fit plena homicidis.* Argentum abit in  
scorias. Primores ejus sunt socij furū, amantes munus, pupillo non dicunt  
jus, & causa viduarum non pervenit ad illos Jes. I, 21.22.23. Ita Deus pœ-  
nitentiā populi placatus & miseriām hujus miseratus, velut supremo  
emendator temporum & Rerum publicarū: *Ego, inquit, defacatis*  
*scorijs, just & puritati Te restituam. Restituam Tibi Judices, sicut erant pri-*  
*mò, & Senatores (Consiliarios) sicut erant initio. Postmodū vocaberis civi-*  
*tas justa, urbs fidelis conf. v. 26.* Atq; in istā SENATORIUM opt. classe  
merito collocamus, Virum qvondā Ampliss. & Prudentiss. DN. JO-  
HANNEM WILLEBRANDUM, Curiæ Senatoriæ & Camerariorum  
Seniorē fulgidiss. Amicū multis abhinc annis nobis conjunctiss. cui  
triste supremūq; hâc traditione diei natalis, vitalis, & lethalis ac fu-  
neralis, exsolvimus officium. Natus h̄c Rostochii est a. c. 15 15c xv. 30.  
Jan. Patre, Avo, Proavo, cognominibus Filio, Nepoti, Pronepoti, & il-  
lo quidē pari filio inter Curiiales Senatoriā dignatione, isto autē & Ne-  
gotiatore florentissimo Rostochii, illo deniq; Civie Perlebergensi,  
Maire, ELISBETA Lunsings / Aviā paternā ANNA Barners / Præ-  
nob ilis

nobilis DN. SEBASTIANI Barners/ Illustriss. Duc. Mekleb. Præfecti  
Dobberanensis, & ANNÆ Fresen/ fulgidissimæ olim genere doti-  
busq; Matronæ, filiâ, Proaviâ paternâ URSULA Wegeners/ Proavo  
materno DN. PAULO Lünsing/ Civium Rostoch. primario, & ædis  
S. Nicolai per XL. annos Præfecto laudatissimo, turris Nicolaita-  
næ erigendæ elegantiq; apice & coronide in altum educendæ so-  
lertiſſimo Curatore, Proaviâ maternâ AGNETA Wosrins. Hone-  
ſtissimis clarisimisq; his parentibus & Majoribus editus, ac ipſo ſo-  
lemni purificationis, qvā vocant, Mariæ, proximo Kalendis Februa-  
riis, qvib⁹ Christū baptizatum Veteres putarunt, qvamq; inde φα-  
φόγον ιμέραν appellarunt, ipſe per lavacrum aquæ sanguine Christi  
rubentis purgatus, & φαντασία f. qvod idem antiquis erat, βαπτισθεῖς,  
vel baptizatus, à teneris ad pietatē, morū elegantiā, ad doctrinā ſa-  
pientiāq; Præcepta imbibenda, ſub oculo parentum, & hīc in ſchola  
Oppidanā, non neglectā, ſub HERMANNO TARNOVIO, Pafore  
deinceps apud Daffovienses fidelissimo, informatione privatā, ac  
plus ultra in Scholā Lübecensi, ſub accuratissimā inspectione ac infor-  
matione M. JOHANNIS KIRCHMANNI, tunc ejusdēludi Rectoris, eſt  
efformatus, tanto ſuccetu, ut dignus tanti Præceptoris iudicio viſus  
fuerit, qvi Academix crederetur, & qvidē florentiſſimā tunc Regi-  
omontanæ, qvā magno fructu inſeffa, cum aſtrorum ignes aemula-  
tus, motu gauderet, cœloq; peregrino, Lugdunum Batavorum adiit,  
ubi non ſaltem Commilitonum Nobilium: ſed & multorum Baro-  
num Comitumq; , nec minùs Dominorum Professorum gratiā be-  
nevolentiāq; ſibi conciliavit, & apud hos faciles aditus ſibi modeſtiā  
& φιλομαθία patefecit. Inde post excursionem Bredanā, obſidionis  
oculis luſtranda causā, Gallos & penitus toto diuſos orbe Britannoſ  
adiit, ac perlustratis Academiis, civitatibus, caſtris celebratiſſi-  
mis, poſt triennium peregrinationi indultum, magno Numi-  
niſ beneficio natali ſolo ſalvus & in columis eſt redditus. Prolixum  
hīc foret, recenſere, qvantā felicitate præter illa regna, alias qvoq; ve  
Provincias peragrari, qvantā ſolertiā, qvæcunq; prudentiæ exac-  
ſimæ augendæ ſerviunt, luſtrarit, qvantā expeditione etiā lingvarū  
com-

compos fuerit, quantā morum concinnitate bonorum omnium  
amorē occuparit, quantā virtute præsentissima pericula averterit  
atq; evitarit, inq; usus & suos & publici boni visa, perceptaq; con-  
vertere noverit! Reversus, invocato Numine, conspirante cognata  
rum suffragatione, domum duxit pudicissimam & Lectissimam,  
Feminam ELISABETAM, DN. CHRISTOPHORI BERNHARDI  
Schraders/Senatoris Rost. prudentiss. p.m. Viduam, Excell. Profes-  
soris Organici & Colleg. Prof. Duc. Senioris DN. M. PETRI SASSII  
Filiam, nunc alterā vice Viduam mœstissimam. Factum id 3. Jul. an.  
cic 1639. Unde nati PETRUS, & ANNA ELISABETA, in ipso æta-  
tis adolescentiæq; flore, morte beatâ in Paradisu cœlestè transplan-  
tati hæc qvidé a. 1657. ille a. 1658. Supersunt EVPHROSYNA & AN-  
NA DOROTHEA, illa, inde, ab a. 1669. 10 Febr. ad a. 1672. 14. Mart.  
DN. NICOLAI Meier/Senatoris Integerrimi, hoc autē functo, Flo-  
rentissimi & Præstantissimi Civis & ærarii Præfecti DN. JOHANNIS  
Lambrecht/uxor fulgidissima, a quo an. 1673. 12. Nov. est domum du-  
cta: Hæc, Virgo floridissima, unâ cum Matre, Sorore, Affine cete-  
risq; ex Parentis, Mariti, Soceri funere mœstissima. Atq; ita Viro  
faustissimum tranquillumq; & raro exemplo annosum satis l. 39, an-  
norum Conjugium obtigit. Sed & Reip. profutura spectatissimi  
Viri virtus videbatur, ad cuius tamen dignationē non evolavit: sed  
per gradū ivit. Præter Præfecturā ædis S. Catharinæ & contigui huic  
Orphanotrophii, in Collegium centum, & paulò post sedecim Vi-  
rorū, mox Patrū Curiæ suffragatione an. M DCL. ipso solemni MAT-  
THIÆ, ad Senatoriā dignitatē electus, ordine per omnia munia, ad  
supremum inter Senatores CAMERARIÙ gradū, adscēdit, in quo ipsi  
saturo fessoq; viarum, variarumq; qvas pro patriâ sustinuit, Legatio-  
num, consistere placuit, consularēq; dignationē fugere potius quam  
appetere. Jam quid de Viri laudibus dicemus? Hic, hic verò Ecclesia,  
curia, totaq; Civitas, Viro, publico parentabit Encomio, nosq;, ne in  
trāscursu aliquid de laude deminuamq; absolvet. Testabuntur, cùm  
ipsa Templorū, tum Curiæ subsellia, vix unq; se WILLEBRANDO  
Senatore visa vacua. Testabitur Ecclesia, fuisse illum in audiendis

Con

Concioqibus, in fundendis ardentissimis precibus, in frequentanda  
qvoq; Sacramenti Eucharistici ~~consecratio~~ devotissimū, & religiosissi-  
mū, sic ut nō suis saltē domi: sed & illis & toti ordini, Senior ipse, lu-  
centissimo pietatis Exemplo präiverit, nec minus aliorū necessitatibus  
sublevandis operā strenuè accōmodarit, ut pertinacissimo luctu  
meritō prosecuturi Virum sint, nō domui saltē suæ: sed & sibi & Reip.  
necessariū, nunc omnibus vel eo nomine triste funus, qvod accele-  
ratū inopinatumq;. Ecce enim, qvum paulò antea in templo Mari-  
ano,, sanctum Corporis & Sanguinis Dominici epulū, devotissimè  
acepisset, paulò post langvore, Cephalalgia, viriumq; repento de-  
liqvo correptus, & oppositis à celeberr. Collegii Medici Seniore D.  
Bccmeistero, Collega honorat. pharmacis selectissimis, nil redinte-  
gratarum virium expertus, totum se piis hymnis, &, prout antea, san-  
ctissimis moriturorum precibus, ad placidā beatāq; emigrationē cō-  
posuit, hāc fine qvoq; accito Rev. & Clar. DN. BERNHARDO MUL-  
LERO, Diacono Mariano, qvando, prout Dominus Jesus in horto  
~~γερόπατος τηλαγώια, σκτενέσερον τερσηνύχετο~~ f. in novissimo jam agone  
mortis constitutus intentius oravit, & inter illas preces, & gemitus,  
Rev. DN. Confessionario cum ipso, & pro ipso precib⁹ apud Deū certante,  
& novissimè benedictionis solemnē formulā super illum ago-  
nizantē pronunciante, inter illa Sacra, *WILLEBRANDUS* placide  
beateq; in *DOMINO JESU* obdormivit, animāq; pietatis nō fucatae  
diviniq; amoris flamina purpurata inter Angelicas excubias, eāq; in  
Paradisum cœlestē exportantes turmas, emisit, in qvo nunc omnis  
tempestatis secura, absq; omni marcore virescit. Corpus verò dum,  
sub spe resurrectionis, Terræ magnæ matri hodie reddetur, Omnes  
omnium ordinum Cives, ut id ipsū hodie circa i. deducendum, con-  
ditorioq; suo in templo Mariano inferendū, honorificā suā præsen-  
tiā illustrent, debitum sic SENATORUM Seniori (in ipso magno cli-  
maicterico hinc evocato) honorem exsoluturi, ipsi autem mortē vel  
ex hoc exemplo meditaturi, moniemus.

P. P. Rostochii d. XIII. AUG. (qvā ante annum gravata per triduum flamma, & nostris  
jam saturata malis, Deo imperante, & vel sic, preces Viri exauditas sibi, pietatis ejus haut  
immemori, testante, ad FUNCTI nostri domum constitit, suisq; viribus expiravit.)

anno CIC. IIC LXXVIII.

peopter veritatem vel rāvēa ārāgēy s. propriā scūm mutatio consilii, nulli, ne seni quidē sit ind incommodi, sive falsi, sive mali, pœnitere, utiq; terpres horum characterum alibi Moses, tali Jud nuit: Nec judicium pauperis pervertito, nec illum Averbo mendacij procul abesio! Peregrinū ne oppri cipito, quippe quod excoecat oculatos & pervertit ve XXIII, 3. 6. 8. 9. & alibi: Ne suscipitote personā in ju ac parvum anditote! Deut. I, 17. Nec minus potonat Josaphat: Pavor Domini insit Vobis. Obser non est apud Dominū Deum nostrū iniqvitas, aut a sumtio munerū 2. Chron. XIX, 7. qva ratione in res resolvuntur, qvæ supra in numeris Conzen. mebatur. Atq; prout Deo est, qvi tales Consiliari curiæve concedit, Deus qvi iratus, eosdē tollit. Je latis fit, qvod in loco inscripto Jeschaia præmittit fit meretrix, plenissima olimjure, fit plena homicia scorias. Primores ejus sunt socij furū, amantes mu jus, & causa viduarum non pervenit ad illos Jes. I, 21 nitentiā populi placatus & miseriam hujus mise emendantor temporum & Rerum publicarū: E scorijs, justæ puritati Te restituam. Restituam Tibi J mō, & Senatores (Consiliarios) sicut erant initio. Pos tas justa, urbs fidelis conf. v. 26. Atq; in istā SENI merito collocamus, Virum qvondā Ampliss. & HANNEM WILLEBRANDUM, Curiæ Senatori Seniorē fulgidiss. Amicū multis abhinc annis n triste supremūq; hâc traditione diei natalis, vit neralis, exsolvimus officium. Natus h̄c Rostoch Jan. Patre, Avo, Proavo, cognominibus Filio, Nep lo quidē pari filio inter Curiales Senatoriā digna gotiatore florentissimo Rostochii, illo deniq; Matre, ELISBETA Lunsings / Aviā paternā A



tractare,  
 ti sive  
 sit. In-  
 te atto-  
 porato!  
 ig ne ac-  
 Exod.  
 agnum  
 illos at-  
 Nam  
 arū, aut  
 aracte-  
 . expri-  
 es aulæ  
 us sub-  
 m fidelis  
 e abit in  
 n dicunt  
 eus poe-  
 upremq  
 efecatis  
 rant pri-  
 ris civi-  
 t. classe  
 DN. JO-  
 riorum  
 stis. cui  
 is ac fu-  
 c xv. 30.  
 oti, & il-  
 tē & Ne-  
 ergensi,  
 rs/ Præ-  
 nob ilis